UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Increatae Et Incarnatae Veritati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

Visual Library

INCREATAE ET INCARNATAE VERITATI.

TIBI, ô Increata & Incarnata Veritas; Tibi hoc debetur opus; Tibi referri debent hæ Veritates practicæ. Cui enim juſtiùs quàm illi, à quo ſunt ſingulæ veritates creatæ: in quo conquieſcunt omnes: & ad quem tendunt univerſæ? Etenim cùm ſis Vnigenitus Dei Filius, Homo factus, Tu ille es, à quo velut à fonte manant; in quo velut in centro ſiſtunt; & ad quem velut ad ſuum finem conſpirant. Tibi ergo has deberi Tibique referendas omnes, una eſt omnium certiſsima veritas. Et illæ quidem ſicut à Te ſunt, ut cognoſcantur; ita ſint, oro, ut amentur. Sicut in Te ſunt æternus ſplendor & ardor, ita in nobis ſemper reſplendeant & ardeant. Sicut ad Te diriguntur affectu, ita & effectu perveniant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN